



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus  
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

1. Vndè dicatur libertas Christiana.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

1. Undè dicatur libertas Christiana.
2. In quo consistat libertas conscientiae, & in quo carnis.
3. Quòd hæc libertas nõ liberat à tributo dominorum, nec à Statutorum in Ecclesia obedientia ad Dei laudem ordinatorum.



Christianã libertas idè sic dicitur, quia per Christi beneficium ad hanc vocati sumus: eius mors causa est huius libertatis. Undè Ioan. 8. Si filius vos liberaverit, verè liberi eritis. Nam nullus imperator, Papa, rex, princeps, sacerdos, Episcopus, nullus Angelorum aut Prophetarum atq; hominum donare potuit hanc nobis libertatem, præter solū Christum nostrum redemptorem & liberatorem, idè inquit Apostolus Gal. 5. Iam non estis serui, sed liberi, ad quam libertatem vocavit nos Christus. Igitur à beneficio Christi vocatur libertas Christiana.

2. Scriptura commemorat duplicem libertatem, Cōscientiæ scilicet & carnis, & conscientiæ inculcat, carnis autem prohibet.

Quatuor graduum primus.

Rom. 3.

Est autem libertas conscientiæ quadruplex, & quatuor gradibus compræhenditur. Primus est spiritualis: nam conscientiam liberat & pacificat in homine, quòd Deus non propter legem, sed gratis propter Christum, ex misericordia donat remissionem, & imputat gratiam. Hoc sic definitum est à patre, quoniam propter Christū vult iustificare. Iustificati gratis &c. Act. 10. Huic omnes prophetę testimoniū &c. Et sic sumus à lege operū liberati, vt ibi non queramus iustificationem & salutē, sed à sanguine Christi, idq; gratis ex misericordia: non verò sic, vt opera non fiant, sed